150 Printed

[illegible] 73

HERMATHENA.

Reproduction of the books printed by John Siberch at Cambridge, 1521-22.

No. 8.

PAPYRII GEMINI ELEATIS HERMATHENA, SEV

De Eloquentiæ Victoria.

AD LECTOREM

Non mihi Musa parēs, genitor nō dulcis Apollo,
Ruraq; Cecropidum, nec mœnia celsa Quirini,
Barbarus ast rauco resonabo classica cornu,
Quodq; tulere nefas diuumq; hoimq; parentes.

EX PRAECLARA CANTABRIGIA.

CVM GRACIA ET PRIVILEGIO.

Reproduced in exact Facsimile
from the Copy in St John's College Library

WITH AN APPENDIX TAKEN FROM MR BRADSHAW'S NOTES,
ILLUSTRATED BY FACSIMILES OF TWO TITLE-
PAGES IN DIFFERENT STATES

¶ *Printed by* C. J. CLAY, M.A. JOHN CLAY, M.A. & C. F. CLAY, B.A.
Printers to the University of Cambridge
for ALEXANDER MACMILLAN *and* ROBERT BOWES, *Booksellers*
No. 1 *Trinity Street, over against Saint Mary's Church*

MDCCCLXXXVI

PUBLISHERS' NOTE.

THIS reproduction of Papyrii Gemini *Hermathena*, is taken from the copy in the library of St John's College, Cambridge. A bibliographical description of the book will be found in Mr Bradshaw's introduction prefixed to Bullock's *Oration*. He there gives a general description of the three successive proofs or states in which the first sheet is found. The Appendix here printed contains a detailed account of the differences between them, taken from his notes.

We give herewith a short account of the subject-matter of the *Hermathena*.

PAPYRII GEMINI ELEATIS HERMATHENA.

THE *Hermathena* or Allegory on the victory of Eloquence is dedicated by the writer in a letter to Richard Pace, "chief secretary to the most illustrious Prince, Henry VIII, King of England and France, Defender of the Christian Faith."

The date of the dedication is February 3, 1522; that of the letter at the end of the volume, which is also addressed to Pace, is September 4 of the same year, and we learn from the imprint that the book was issued from the press on the 8th of December. The printer Siberch adopts the English method of dating, whereas the learned writer dates back from the *Nones* (*tertio Non.* and *pridie Non.* respectively). The former letter was written in London, the latter at Como.

In the dedicatory Epistle the writer acknowledges his debt to Eloquence and tells how he has longed to do something worthy of so beneficent a mistress. After much labour and many defeats he has produced a historical picture, which he commends to the judgment of his friend.

The following is an outline of the allegory.

Wisdom, the daughter of Jupiter, and her child *Eloquence* were held in honour among men until *Sloth* appeared and so undermined their influence that Wisdom was kept in bondage and made to serve the base purposes of her conquerors; while

Eloquence escapes and after visiting Rome, which she finds torn by dissensions, and Athens, which is a heap of ruins, seeks the home of the Gods. Here she meets with much sympathy, but as Jupiter is on the point of holding a three days' banquet and wishes to be undisturbed by strife, the god suggests that she should repair to the Elysian fields. Here she pleads her cause before the Senate and is followed by Caesar, Cicero, and Servius Sulpicius. In accordance with Roman legislative procedure a bill is brought before the people, who refer the matter back to the senate. A three months' truce is proclaimed and the several enemies of Wisdom and Eloquence, the nobles, the women, the philosophers (sophists), and the lawyers, are threatened with severe penalties.

The goddess *Persuasion*, who had followed Eloquence into exile, addresses the army. Champions on both sides are introduced, Negligence, Obstinacy, Opinion on the one hand, Reason, &c., on the other.

After various fortunes of war Wisdom, who has been released, is brought by her daughter Eloquence to Britain. She is welcomed by the most blessed Prince, Henry VIII, and held in great reverence among the people.

PAPYRII GEMINI ELEATIS HERMATHENA, SEV

De Eloquentiæ Victoria.

AD LECTOREM

Non mihi Musa parēs, genitor nō dulcis Apollo,
Ruraq; Cecropidum, nec mœnia celsa Quirini,
Barbarus ast rauco resonabo classica cantu,
Quodq; tulere nefas diuumq; hoīmq; parentes.

EX PRAECLARA
CANTABRIGIA.

CVM GRACIA ET PRIVILEGIO.

PAPYRIVS GEMINVS ELEATVS Richardo Pacæo Illustriss. Principi Henrico octauo Angliæ & Franciæ Regi, Christianæ fidei Propugnatori Asecretis Primario. S. D.

Nullius æstimabis officium aut magis, aut laudabili⁹, q̃ꝫ i hoc labore, meũ, si Eloquẽtiæ ĩ me beneficentiã pensiculaueris: nõ vberem illã aut splendidã quã pauci mortaleis multo labore, vehemẽtiqꝫ exercitatione sunt cõsecuti, sed tenuẽ, intraqꝫ mediocrem, qua saltẽ liberalissime donatus αὐτοδίδακτος καὶ περὶ λόγου ἀπαίδευτος inter plebeios oratores aliquid esse existimer. Vtcũqꝫ mea Minerua castissimis tuis aurib⁹ in hoc negotio satisfecerit: susqꝫ deqꝫ fero, modo nõ fastidieris meã diligẽtiã. Cupiebã primũ de tã benefica domina in aliquo bene mereri, ad hoc ingeniũ pollicebar et operã, tũ ãtiquorũ crebarrima lectio mihi æmulationẽ instillauerat. Cæterũ humi serpebat stilus, qđ tam diu languerat exercitatio. Scribebã magis q̃ꝫ componebã epistolas, scribebã tamẽ vt me tandem vicerẽ, nũc eũdẽ me victũ, victorẽqꝫ habes. Nec refert an me historicũ, an pictorẽ voces, modo

modo artifice, neqꝫ ipsam pbes. Atqui Graphicā graecorū Principes suis liberis tradebant; nec eā Romani habebāt in postremis. Nunc plericꝫ re periuntur, qui Mercuriali calamo ipsam ab inferis reuocent, viuos vultus exquisita arte metienteis Multo tamen praestantius, qui pari natura, atqꝫ arte omni ex parte cōsummatā historiam scribāt. Ii nonn odo vniuscuiusqꝫ formā, orisqꝫ habitus verum & consilia, adfectus, ingenium, vires, moresqꝫ tam ingenue exprimunt, vt lectores rebus gestis ītere sse, et Duces, populosqꝫ in cute (iuxta adagium) noscere sese existimēt. At nūc (si lubet) finge me pictorē fore historicum: dum res incor poreas gratuissima historia pictas a me susceperis. Hermathenam accipias in q̄: ad antiquitatis typū, non ad bibliothaecae ornatum, quod Cicero apud Atticum curabat, sed meo marte excusam; vt me ium incomparabilem in te amorem haberes con

pertissimū, quū te vnice mearum qualium- cūqꝫ ineptiarū elegerim & patro nū & iudicē. Vale Mu sarū alūne doctiss. Lōdini ter

tio Noñ. Februarij. M. D. XXII.

Sapientia magno in precio apud homines.

SOPHIAM. Iouis opt. max. filiã, mulierẽ sãctissimã mortaleis diu summa veneratiõe habuere: aras, tẽpla, phanaq; illi cõstruẽtes, ipsius numẽ maximũ rati, votis nuncupatis litabat quisq; ingenio bono, vel Princeps, vel miles q̃uis illustris, seu plebeius. In locis publicis eius statua suprema habebat̃, in Dijs penatibus ornatissima. Optimus quisq; ex ipsa cognominari cupiebat, Hic vocabãt Sophi primũ, deide reuerẽtia numinis moti, philosophi maluerũt adpellari. Quodcũq; scriptũ reliquerint, quodq; ab ijs professum, excultũ, nouiterue repẽtũ fuerit, huic Numini dicarunt. Alij spretis opibus, multi deserta republica, patriã, parẽteis, liberos, deosq; penateis fastidiẽteis ipsam prosequebantur, eiusq; filiam cui nomen ELOQVENTIAE erat, nec minoris æstimauere. Ceterum ne vnguẽ quidẽ a laribus citra eam visa est mater, vtrãq; admodũ vtraq; decebat, mortalibus gratissima societas, nec vna sine altera expectabat̃. At tandẽ indignantibus fatis, subito in homines repta est DESIDIA inuerecundo ore, impudicisq; oculis, cui adhęsere mulierculę, primũ ductę generis propinquitate: ijs plurimũ placebat delicata mollicies vt quibus ingeniũ variũ erat, &

multiplex.

multiplex, industriaq; Sophiae, exercitatioq; Elo
quentiae coeperāt nimis esse tedio, Hae fretae Cu
pidinis opera, fortissimorum iuuenum animos ad
licere studebāt. Ad hoc multi praecipiteis cōiurati
onem ineunt, maxime somno, peni, vētriq; dediti.
Ii cum Desidia facto impetu, carcereis Sophiae di
ripiun.: Culinarios sophistas, nouarū vocū reper-
toreis, incuriosos, sordidos, blateroneis, demū vin
ctos omneis qualicūq; obnoxios crimini abducūt,
Ex his coacto exercitu, Desidia' cū parentē et filiā
iuxta metuebat, vtriusq; castra intempesta nocte
subuertit. Sophiam captam insidijs, ac iam prope
metu exanimatā adduci iubet, sacrosāctū os q̄ pri
mū oblatū, sublata reuerentia, torquebat tam mise
re, vt paulū aberat, qd' ipsam loquēdi officio non
priuasset. Nimirū ipsi⁹ fauces, gulaq; tā foede vul
nerabātur, vt vox' quae primū modulationi pro-
pe par erat, fiebat postea tā extenuata, tāq; horrida
vt a nemine praeterq̄ balbo intelligi potuisset. Tū
pallio, diademateq; spoliata, vili admodū sub hasta
venijt, non tamē vnū duosue, verū cōplureis heros
sortita, inter distrahētiū manus pene lacerata inter-
rijt. Mox ad seruitudinem excellētissima numinū
cogitur, ac ad vniuscuiusq; lucrum, vel negotiū fit
obnoxia, vbiq; ridicula, nisi ex ipsa questus acces-
erit, tūc eam magnifacere, extollere, inq; precio ha

Cupido & libidiue.

 bere,

bere: licet tūc ab ea maxie cōtēptui habebāť. Capta Sophia, Desidia cū expedita manu circūfusas Eloquētię copias psequebať: nēpe illa prima eruptione aufugerat, rata oportuni⁹ tēpus ad cōtrahēdas copias intermittere, q̄ cū furioso hoste ambiguo marte cōcertare. expedita celeritate Romā venit, cōstituens aliq̄diu obsidiū pati, spē sibi pollicēdo de Imperatoris, aliorūq̧ subsidio principū, Tū forte cōplebatur vrbs ad ius Comitiorū, De recipiēda Eloquentia diuersa sententia erat in senatu. Vicit tādē aduersa opinio, nempe senat⁹ pars maxima, antea per Desidiae amicos solicitabať Plebs diu instare, resragari, cōtendere: & cum his pauci Consulareis quos vel monumenta maiorum, vel incorrupta indoles, vel multiscia disciplina reuocauerat. Sed quid cū opulētia paupertas, aut erga plures paucorū uirtus valere posset? Nā vt quisq̧ magistratu, aut diuitijs maximus erat, ita huic mōstro plurimū fauerat. Desolatae plebis frequens cōcursus nōmō hostes a moenibus pepulisset, verūetiā eorū penitus deleuisset exercitū: si capulareis illi Senatoreis ad modū tristi otio, atq̧ socordia, maturiorē nō tulissent operā, Ingēs tumult⁹, certamē iniquū erat. Porro inter se patreis obstricti tacito foedere a tergo popplo minitabātur, ni a ppugnādo

desti terint

destiterit, ipsos hostib⁹, vt hosteis Reipublicae tra dituros. Ii duplici moetu perculsi, signū dederūt re ceptui. Mox vndiq; per ciuitatē trepidatio ingēs diuersis spe posita, a moenibus in Tiberim praecipi teis eunt, alij irrūpenteis in densissimas acies, fortis sime pugnāteis, mutuis cōfossi vulneribus occidūt. Ciuitas opulentissima in praedam vertitur, Elo quentiae palatium humi a barbaris stratum, eius tectoria supellectilisq;, pulcherrima aedium orna mēta vel cōbusta, vel proluuie conspurcata. Inte rim strage finita, Eloquentia inter caesos cominus pugnando aduersus Desidiae Triarios, cōpraehē ditur, vix paucissimis nota: qđ pro muliebri, viri lem, pro venusto vultu, truculentū induerat. Iam sola occiso milite, tāta ferocitate sustinuerat certa mē, vt īimicis nōmō admirationi, verū etiā terro ri prope īmodico erat. Captā, Desidia nō sustine bat esse in castris, metu ebat eni, ne tādē furata liber tatē, medijs agminib⁹ ꝓ cōtiōe militū aīos denuo sibi cōstringeret, Igit̄ Negligētiae, Inscitiae, Obliui oniq; trib⁹ cēturionib⁹ quib⁹ maxīe fidebat eā re legādā in ꝑpetuū exiliū tradidit. Has Eloquētia de futura earū miseria praesentissime monuit, adeo vt nōmō abire ꝑmitterēt, verūetiā ductae poenitudīe, ipsam in exilium comitaturae essent, ni dissuasisset

Vide Cor. Tacitū de oratoribus.

Consuetudo

Cõsuetudo e Veteranorũ cohorte, cuius in plebe
munia non parui ęstimabantur. Haec ducis cõfidẽ
tiam obiiciens, lenitatẽq;, ipsas res nouas moliẽteis
improbat, minaẽ infestũ vulg⁹, eorũq; nomina ma
xime amicis futura probro, si sectentur Eloquen
tiam, Deinceps excusationẽ parãt, tū stãteis nõ pul
chre se Desidiæ castra posse relinquere: tum quod
danda sit opera ne ab vxore, liberisq; impietatis
accusentur, tum generi humano inuisæ habeantur,
Pollicentur tamen opis nonnihil si renouato, cõ
ductoue aliunde excercitu bellum redintegra
uerit, Hęc omnia ficto murmure pepigerũt abeu
ẽtes Consuetudini: caterisq; remotis arbitris, vẽ
tum est ad Tyberis hostiũ, vbi Eloquẽtia adpre
hensa naui quę ex tota eius classe vnica erat, recto
cursu Athenas petit. Ciuitatẽ cũ bellicis, tũ dome
sticis reb⁹ olim apud illustreis scriptoreis celebra
tissimã: eam funditus euersam reperit, vixq; tantę
molis vestigiũ apparebat, quod tam egre ferebat
Eloquẽtia vt pene gemitu dirũperetur. Mox sibi
ipsi consulens, vltores postulat Iouẽ parentẽ, Mer
curiũ, Appollinẽq; fratres: tum ad nauẽ reuersa,
imperat vectori (is enĩ gręculus erat) vt sublatis,
ãchoris præpropere acherontem peteret, Ad hu
ius ripam profunda nocte nauis mira celeritate ad
plicuit, vbi Mercurius inter vmbras versatus in

opinato

opinato Eloquentiæ turbatus aduentu, ipsam pri mum cõsolari, deinde rem inuestigare cœpit. Ac cepta tandem sororis miseria, detestatusq; conditionẽ mortaliũ, astantem Iouis aquilam, ad parentis regiam portare Eloquentiam iubet. Ipse suauissima confabulatione, acerbitatem conatur doloris mitigare: sed neq; iucunditate sermonis, neq; sonorum cœlestium varietate leniri potuit, quo minus suspiria doloribus adderet. Cæterũ inter Diuos publicato eius aduentu, non parua festinatio ad ipsam suscipiendum erat: sed mox vt cognouerãt exulem eam, tot clades, totq; iniurias passam, matrẽ captam insidijs, spoliatam imperio, rebusq; omnibus, & (quod nefandissimum erat) publicis mancipatam obsequijs, tam indignanti animo rẽ ferebant, vt nullus non minitabatur vlturum se Sophiam, & Eloquentiam. At Iupiter ꝙ editurus symposiũ in triduum esset, Eloquentiam seorsum adloquitur, exorãs ne conuiuis sit molesta, sed potius Elysios peteret: ibi iustã pollicetur redhibitionem speratum ire, apudq; eorum senatum de matris liberatione fore cõsultum. Ipsa parentis imperio non ausa repugnare, Elysios properat: ab Euphrosyna illius propinqua, incredibili gaudio suscipiebatur. Hæc Eloquẽtiam conductã ad ædes cũ alijs duabus sororibus, fomentis, ac balneis curat,

εὐφροσύνη. Lætitia latine.

Omneis adcolas ingẽs alacritas cœpit Eloquentię
nũcio adcepto: multi cõcurrere, circũuallare ædes,
tecta conscendere, de tantæ principis aduẽtu gra
tulabũdi. Aderat etiam Senatus inter salutanteis,
deinde acceptis Iouis optumi mãdatis, multa rati
one ipsius languoribus consulunt, indignum tamẽ
reclamãteis, Dei maximi neptẽ, apud ipsos causã
suam pro rostris agere: suadent uti ad superos re
deat. Hinc M. Cicero iustã aduocationẽ polliceri,
spem addere, omnẽ deorum senatum in Eloquen
tiæ subsidium eius armare oratione. Ad hoc ipsa
effusis lachrimis, gemitu senatũ obtestabatur: mise
rum corpus, tot fractum itineribus, ne patiãtur no
uis laboribus cruciari, se ipsorũ sentẽtiæ cõmissam
a parente, repulsam non æquo passurã animo, ora
re apud eos velle, non vt rea, aut supplex: sed vt se
natum populũq; Elysium de miseria suæ, eorũq;
omnium parentis, docileis reddat, deinde consul
toreis habeat, qua industria, aut quib⁹ viribus ma
trem eriperet, Imperium, duasq; pulcherrimas ciui
tates alteram ab hostibus captam, alteram deletam
funditus, denuo recuperaret. Senatus pro rostris
sellam Eloquentię parari iubet, quod eius maiesta
ti indulgendum non nihil existimarunt. Eloquen
tia frequenti stipata plebe, postq; est a patribus
sessum, manu indicto silentio, composita in gra
uitatem

uitatem vultu, eiusmodi orationem habuit. ∴

ORATIO Eloquentiæ ad Senatum.

Memoria vestrum apud mortaleis, quæ huic sanctissimo senatorum ordini conscripsit, facit, vt nihil dubitē de vestra integritate, prudentia, sententiæq; expectatione: non qđ propinquitate magis quidq; vendicem mihi, aut misericordiæ, aut beneuolētiæ, verū qđ ante hac æquissimam vestram naturam habeam exploratissimā, & mea calamitas tam nefaria sit, tamq; inaudita, vt a quouis superum inferumue inexpiabilis credi possit. At genus inimici expostulatis, monstrum fingite, & hominē & pecus, idemq;, neq; hominem neq; pecus, dijs æque atq; hominibus odiosum: tandem a mulierculis receptū (nam id genus animantium nouarū rerum maxime auidum facillime vincit) hinc illi in toros aditꝰ facileis, mox cum desipiētibus maritis, veneris mancipijs congressus mutuus. Aliq̄diu reluctatus homuncio, tādem osculis iurgijsq; intermixtis, in deditionē cogitur, ne quid a me aut a parente, æque ignotum, seu minꝰ cognitū, ac īopinata cōiuratorū irruptio,

 nempe

nempe impetu facto, non armis, non violentia mi li ari, no sublatis clamoribus, aut infestis signis: sed insperato agmine, subuerso praetorio, Sophia deprehensa, sparso crine, foedoque ictibus ore, ad hostem Desidiā trahebatur. Ego rem nostrā in discrimine futuram rata, si me incendio furoris cōmitteret, cum superstite iuuentute (qui e reliquijs erāt, dum coniuratores debaccharentur in praedam, ipsoque tumultu magis licentiae indulgeretur, quam fortunae, equos conscensi, simul saluti nostrae consulebamus. At hos fortissimos Iuueneis, nō multū postea, Romana obsidione proxime aquilam pugnāteis (proh naphas) inaestimabili romani nominis iactura, perdidimus. Me equidem captā a ciuibus, Desidia perpetuo exilio damnatā, aqua igneque interdixit. Ego amantissima matre (deum immortalem, quam miserabili, quam acerba relicta in seruitute, cogor ad vos (aequissimi Iudices, postulatum auxiliū venire: infimū quęque precari supplex, ad bellū incēdere, idque inuita minerua. Quādoquidem in aedibus Pacis auiae meae (vt scitis, educata, nusquam cum bello vel leuissimū cōmercium habuerim: vix litē contestari visa, idque iuxta coacta, nimirum, vt alteram partem placabiliorē redderē. Quin nūc oēm iniuriā passa, praeter pudicitiam, non adeo posco hostium cladem, quod no longe mallem libertatē

Pax sapiētiā parit vt Discordia Ignauiam.

parentis,

parẽtis, transfugaruq́ animos, Redite gratio impe rij modo adcedat absq́ sanguine. Ac bellum susci piã iudices; inuito magis, q̃ æquo animo, adeo mihi hominum ingratitudo molesta res est, q̃ q̃ his, ob veterem cõsuetudinem ac beneuolentiam, multis modis prodesse cupiam. At quo pacto aut ego ijs prodesse, aut ij mihi gratificari possint, hoc monstro incolumi? Nec sperãdũ est iudices, vin ci inperpetuum posse, nisi ipso interitu. Nempe profligata, aut damnata exilio, aut seruitudine pres sa, aut vinculis, tandem suis artibus freta, nouos fucos, nouasq́ commenta imagineis, homineis vt cũq́ callidos, aliquo dolo malo intercipiet. Existi matis ne Desidiam extra vite dispendium, extre mos carceres passuram (etsi legibus cautum, p mulgatũ edicto, milleq́ mortibus minitatũ fuerit, ne quis eã i ore haberet) nõ ferme vbiq́ habiturã satellites? nec i nebulonũ modo, aut scortorũ coe tu, verũetiã inter Prĩcipes viros, opulẽtissimos ci ues, & quod me maxime pudet pigetq́, inter hos, qui meæ parentis ope, iam splẽdidissime viuãt, qui nunc ingenium ad ambitũ prebent, vel ad cõ globãdas diuitias, vt postremũ Desidiæ aduersus cõmunẽ eorum parentem militent. Alioqui non nulli sunt qui de Sophia pulchre satis existimant, me tamen eo odio habent, vt spretis amicis, &

 quos

quos meæ miseret calamitatis, meum nomen nefandissima censura his probro obijciunt: nescientes ignauissimi homineis, tam mihi cum Sophia matre coniunctam naturã esse, vt hi facilius transformarẽtur in belluas, quam ego incõsulta matre quid quam agerem, aut me absente loqueretur mater. Quippe eiusmodi citra Eloquentiam existimetur Sophia, quæ vel citra ornatum domus, vel miles subter signum inermis, vel virgo sine vestibus, dignata a nullo conspicari nuda. O conditiones miseras adrogantissimorum hominum, quibus Eloquentia multum odiosa est, Scientia suspecta, nulla res venusta, quæ barbarorum pedore non sit oblita, quam obsecro vestram fidem, male merentur de mea matre isti sycophantæ: qui eiusmodi squalore eam liberius tabescere patiuntur, quam vt iunctis auxiliaribus copijs, me ad ipsam redimendam, ducem habere velint, atqui Desidiam malint omnium ingratissimi, a qua nullum adepti beneficium, infinita quidẽ flagitia perpessi sunt, Nam quid per deum immortalem, flagitium magis, quam inuitatos ad coenam milites vexare? quid spoliare conuiuas? quid amicos interficere? Est ne cruciatus aliquis podagra acerbior? vehementior febre? stranguria continuatior? Quid splendidius

Attẽde Sapientiæ & Eloquetiæ cõiunctiss. naturam.

habes

habes vnde spoliari possis, quam rationem? quam ingeni um? quam scientiam? quae frugalitate exercitationeque vigent, torpere secordia, libidineque, nemo inficias ibit. At per Iouē, qui se rationis preciosissimo ornatu, ingenii opibus, scientiarumque deliciis spoliari sinit, vt de ipsa Desidia videatur bene meritus, num amicum adpellabis? Hunc aut ingluuie suffocat, aut tabe consumit, aut laniatum diuturno morbo exanimat. O coelum, O terra, quae fortuna? quod fatum? quae inscitia? quae incogitantia ineptire homineis facit? vt hanc quietem molliculam, quam a desidia vnice expectare videantur, pluris, suo magno malo, quam tot nostratia in eos conlata beneficia aestiment? videlicet, prosperam iucundamque valitudinem, aegregios mores, disciplinas, incredibileis animi voluptates, superiorum amicitias, inferiorum laudes, donatiua a parente, meque viritim prodigis semper manibus erogata? Ridetis ne Iudices, mortalium caecutientiam? imo dolorē praeferūt vestra suspiria, profusaque venerāda ora lachrimis. Nā quid bono itollerabili9 homini, quam parētē, vel amicū nosse miserius? Ac certe lugētes nō potestis meis votis satisfacere: vindiceis, nō miserāteis quero: malo vos iracūdos, quam miteis: īdignabūdos, quam patiēteis, officiosos, magis quam

magis q̃ pios iudices. Animaduertite remp. humani generis in extremo sitam, nisi Desidiæ potentia q̃ celerrime frangatur, Sophiæ restituatur imperium, egoq; quã coram habetis infoelicissimã, matri fuero donata comes. Ad hæc probe, foeliciterq; agenda, perficiendaq; iam mature opus est vestro cõsilio. Vos alicubi senatũ cogite, ego quidem vestrã expectata sententiã, in Calliopes ædibus memet cõsolabor: & quod tam arduo negõtio maximũ futurum sit operæpræcium, pro mea in vos fide, speq;, sapienter consulite. Hac quidẽ oratione ad misericordiã Iudices, reliquos auditores ad lachrimas impellit: tum vehemẽtius, quũ paulatim demisso paludamento subuerecũde sanguinolentas adhuc cicatrices ostentans: videtis inquit, pignora ingratitudinis, quæ apud mortales beneficiorũ loco acceperim. Mox acerbitate doloris suppressa, cõticuit. Circũstantiũ turba, pars ad Eloquẽtiæ pedes ruere, genuaq; amplecti, alia diris omnia implere, luctus ac lachrimas miscere, vltorem deniq; inuocare Iouem, testari, in eũ grauius a mortalibus peccatũ, q̃ vt iustum æstimet piaculũ. Statim senatus in Mineruæ Templo quod in medio loci erat, cogitur. Vergilius, & Flaccus interrogati, suadent detineri Eloquentiã, mitti ad Iouem, vt vibrato fulmine Desidiã, vniuersumq;

genus

genꝰ mortaliū ꝓderet. Crispꝰ Salustiꝰ, et T. Liuiꝰ Salustius,
de Eloquentia idem sentire visi sunt: de vindicta, Liuius.
satis existimāteis vitam de hostibus Sophiā, si vi
cta Desidia, ipsa, Eloquētiaq; rariores apud ho-
mines essēt, vixq; labore improbo, nec hoc nisi in
vltima ætate reuocari posse, eaq; pœna nihil exco
gitari acerbiꝰ, in quam sententiā Vergilius & Flac
cus pedibus ibāt. C. Cæsar qđ tam belli, q̄ pacis
artibus habebatur Princeps, rogatus suam senten
tiam, in hunc ferme modum disseruit.

Concio C. Cæsaris in Senatu.

ANnos prope quadragita in ma
xuma Romanorum rep. versa
tus: nō memini Patres id mihi
ingenij, aut orationis defuisse,
quo minus pro concione q̄ ce
lerrime rebus vtcūq; grauibus
consulere potuissem. Ac præsens negotiū eo me
stupore adficit, vt quid in hoc discrimine faciendū
sit, nec dicere possum, ne quidē excogitare. Scelus
multo grauius videtur, q̄ vt cuiuis supplicio præ
ter interritū, æstimes. Quū pro parricidio hoīes,
culleum habeant mortem terribilem, pro impieta
te in deum, proq; in ipsos cōmuneis parētes atro

citate, quae incendia, quas euiscerationes, aut ipsas acerbiores poenas precari deberemus? Sed quis sceleratos, pariter & insontes mulctandos aeque existimat? nec omneis fortassis conspirauerunt consimilibus animis. Et quid si Principes nobilitatis pacisci cum Desidia videatur? Num plebem his imperantibus, arma inferentem, ea acerbitate accusaret, aut in ius vocaret Eloquentia? perinde ac plebs reluctari Imperatori aut possit, aut debeat. Quam defectionem speraret Desidia nullis fulcita adminiculis Principum? Quid mulierum astus (etsi apud vecordes adulescentes, delirosque senes plurimum posset) polliceretur auxilij: si lasciuientium Principum immodica licentia coerceret? Nec omnibus libido, aut muliebre imperium dominatur. Nam plerique sunt, qui illam fastidio habeant, hoc contemptui: multi quibus libertas probatior est, coelibatū malint. Alioqui in hac aetate veneficas amatorio poculo vniuersum genus mortalium ad insaniam redegisse existimabimus: quod equidē credere piaculum est. Quandoquidē cōplureis habeamus manes, hoc biduo traductas, qui coniugium tam exosum habere fateantur: vt minore moetu cōcuterētur viso Gorgone, quam in vita, cōspecta muliere. Et vt ipse quādoque amator, pro mulierib⁹ Eloquētiae pace, respōdeā:

Amoris defensio.

(neque

(neq; enĩ nescitis) Patres, mulierũ amore fortissimos iuuenes ardẽtiores euasisse ad rem militarẽ) quot nouim⁹ ab adulescẽtia imbelleis (duce Amore, ad insperata facinora, ad maximasq; fortunas niti: nullis laborib⁹ pulsi, seu periculis territi? Quàm ignauos? q̃ stupidos? quot spectatae impudẽtiae viros accepim⁹, qui (ne suis amorib⁹ improbarẽt, paterẽturve repulsã: aut studio armorũ, aut literis foelicissimã operã dederũt? Multi carminib⁹, aut literis solicitare amãtes; et in hoc meditatio quædã, ingeniiq; palestra. At demus meretricios amores non eiusmodi studia, aut officia postulare: esto, in plebeis: in nobilibus vero blãditiæ tum versu, tum epistola plurimum possunt, ac ipsa literarum exercitatio plerumq; iuuenes libidinosos, ad resipiscentiam cogit. Caeterum & mulieres (pro magna parte, eiusmodi sunt: vt vel prudentes optent suos amatores caeteros ãtecellere, vel improbæ fessos adulteros perire. Qđ quisq; malit, suo relinquitur arbitrio, qui virum se nouit: qui vero (poecudum ritu, libentius mactari se, ab hisq; lamiis deuorari patiuntur, legibus coerceantur. Sed redeamus ad Principes qui (mea quidem sententia, defectiõis maxuma, vnicaq; caussa existimari debeant. Nempe & literae a nobilibus spretæ, in quilinis parũ possũt: nec preter vnũ, alterũ ve Pri

Principes & Nobiles coniurationis caussa.

cipem

cipẽ, quẽq̃ reperies, qui non hostili animo sit in literas. Nẽpe maxuma nobilitatis pars adsentatores habẽt, obijciẽtes, nihil ijs doctrina perniciosi⁹, aut inlustri stẽmati maiorẽ ignominiã esse posse, rem militarem penitus a literis esse alienam, superstitiosi in Martẽ, in Mineruã sacrilegi. Hoc vnice habent quod prædicent, mansueta nimis ingenia Principum conãtes in perniciem reip. perdere, vt similes habeãt (iuxta prouerbiũ) labra lactucas, quo liberius, impuneq̃ sua licẽtia abutantur. Ipse tamẽ solidissimis argumentis probare possum nec in repub. Pricipẽ, nec Imperatorẽ exercitu quidq̃ ægregiũ posse facere absq̃ disciplina. Nam vnde per vestrã immortalitatẽ, polliceretur sibi Princeps, aut populi fidem, aut de se bene merendorũ officium, morum, ingenioruq̃ ignarus? Aut quibus consilijs scelestos vrgere, secedẽti populo imperare, nouis sceleribus obuiã ire? Hæc fortassis inquies, ministrorũ industria, sine lectiõe sciri possunt. Fateor, verũ illic plus laboris reperies, hic voluptatis. Nam q̃ tibi pertesum esset omnẽ ætatẽ seruorum inani loquacitati permittere, cũ legendo semper reperies õne vitæ gen⁹, quod vitare, quodue imitari debeas, sciesq̃ eũ frustra conari insontem plebem reddere, qui eadem exercet, quæ ipse prohibuerat? Quis obsecro amicorum, vel si cor

Necessitas literarũ in Principe.

Lectionis vtilitas.

culum

culum dici possit, audebit Principē corā monere, vt a Tyrānide cesset, vt sumptib⁹ parcat, vt reipu. prospiciat, ne opibus studeat, ne pietatē religionemue in postremis habeat? Historię lectio 'quæ sola Principibus frequens esse debet, tam apte, tam iucunde oīa profert, vt quid foedum inceptu, foedum exitu maxumus quisq; inuteri possit. Ac 'vt incomparabilē historiæ frugem paucissimis exēplis cōpertam habeatis, quis legendo L. Tarquinij superbiā, Aruntijq; filij violētam in Lucretiam libidinem non execretur? Quis vtriusq; ciuitate pulsi non deprecetur ignominiam? Ex altera parte, quis M. Bruti seueritatē in filios Tarquinū reducere molientes nō parcius reprehendet, q̄ parum laudet? Quis eum optumum ciuem, proq; repub. morientem non lugeat? Appiū Claudium stuprum Virgineæ meditantem non exosum habeat? Vel quis P. Scipionem Affricanū, captiuam nobilitate, ac forma insignem adcercito sponso incorruptam, auctaq; illius dote reddentem, nō admiretur, ac diligat? Est ne quisq; qui Principi indocto audeat Tarquiniū obijcere, aut Appium? Vel speret ne aliquis (si superis placet) hui⁹ ætatis eloquentia, antiquo more persuadere posse? Non de meipso loquor: etsi mea opera nō omnino pessima existimentur, nimirū lucubrata difficillimis

Historiæ cōmodū.

Cæsar Ducū ac Principū scop⁹.

 bellis,

bellis, ne aliquid abs me prudẽter, aut egregie fa
ctũ, posteros Principes lateret. Perspicient Princi
pes meis Cõmentarijs nõ aciem constructã, non
centuriatam Cohortem, nisi prope incredibili in-
dustria, ac celeritate. Nõ qđ tantũ tribuam meo
ingenio: nẽpe a puericia, graecis literis adsuetus,
omnes pellegerim graecorum historias, nempe ro
mana facũdia adhuc modicas vires habebat. Dein
de iuuentutem forensi palestra exercui: non vt ss
erem opulentior quippe qui pecunias contem-
ptui haberem, sed vt patrocinãdo, ciuium animos
mihi conciliarem, deinde vt ampliorem meã Elo
quẽtiam efficerẽ. Sic semper vel in aedibus cum
amico, vel in rheda cum comite, vel cum milite
pro castris producto themate, declamabam de
Imperatoris officio, de ordinandis prouincijs, de
expeditione, de foedere, caeteraq; mille id gen⁹ ex
ercitamẽta. Ex his non modo fiebã peritissimus,
verumetiam quodcunq; excogitatum haberem,
leuissimo studio pro cõcione militibus suadebã.
His artibus tumultũ militarem corripiebam, pla
cabam murmurantes, incendebam vecordes, ac
stupidos: vnde nihil tam arduũ, tamq; difficile,
quod mea oratione succensi milites, ardentissime
non capesserẽt. Nusq; trepidatio visa in castris,
post Caesarem concionantem, nimirum qui &
eiusmodi

Caesaris exercitatio aptissima Regibus.

Eloquentia in castris.

eiusmodi studijs delectabar, assuescebãq; vallo, ac fossæ potiorem aetatis partem. Mea quidem opera efficiebam: vt nec ciuem, nec auxiliarium militem inutili ocio prouocatum, muliebris mollicia sub iugũ mitteret. Nolim tã ineptus apud vos existimari Patres, vt haec in meã gloriã, peculiarẽq; laudẽ predicẽ. Verumenimuero vt arbitraremini non violatum imperium, non sublatum regnum Sophiæ, Eloquentiæq;, non amicos caesos, nõ eas ipsas contemptui, fabulæq; datas: solum a mulierculis quibus nihil virium inest ad perturbandam rempublicam, sed maxume ab his, qui in republica principem habeant locum, vel dignitate conspicuum, vel a maioribus clarum, vel prudentia insignem, vel armis inlustrem, vel opibus ornatum. Qui dum a cunabulis vitam deorum munus preciosissimum, in uento & arena perditum eunt, fauentes desidiæ partibus, Sophiæ, et Eloquentiæ tam infensæ videantur, vt serio de ijs loqui, prope capitale existiment. Quorum profecto impudentiam vestrum est Patres, consilio, copijsq; castigare, vel saltem rem Ioui committere, vt filiæ, neptiq; vindicem reddat: non in mulieres acrius agere, quæ nunq̃ in Sophiam iniuriosæ fuissent si principum virorum exemplo non desipuissent.

Repræhensionis confirmatio numerosa.

Conclusio.

Ob tam

Ob tam vehemẽtem orationem, in cõuẽtu oppi nio diuersa erat. Pars Cæsarem laudabat, qđ Principum inscitiam tam iuste lacesserat: alij malebant quemuis e plebe has partes, q̃ principem, agere. Non obfuit tamẽ obtrectatio Cæsari, quo minus a sapiẽtissimis patribus in ipsius sententiã sublatis manibus trãsiliret, ni M. Tullius grauissima oratione intercessisset, inuẽte Eloquẽtia, vt aliquid sua immortalitate dignum diceret. Ille subpresso murmure, ex Eloquentiæ præsentia spem suscipit, ex utraq; trepidatione (id enim minuerat suæ gloriæ partẽ apđ mortaleis) his verbis Senatũ adloquit.

Cicero Eloquentiæ assumptus.

M. Tullij Ciceronis Concio in Philosophos.

ETsi grauissima, elegãtissimaq; Oratio C. Cæsaris satis valuerit ad procuranda subsidia Eloquentiæ: in operiendo tamen aut numerũ, aut genus hostiũ quod reliquũ superest extra Principes, vestra prudẽtia tum in cõsulendo, tũ parando exercitum abuti posse, non citra periculum existimetur. Hic solos principes in inuidiam ducit, in eos, q̃ in plebem grauius cõsulit, grauissimaq; eorum scelera describit tam acerbe, vt si nõ

Reprahensio suauis.

ipse

ipse fuisset princeps, stomacho potius, q̃ studio veritatis vti videretur. Noui equidem Caesarem virum fortissimum, vt in acie, ita et consiliis stre- nuũ, omnicq; sublato tedio festinatorẽ. Cuius q̃ sententia mihi satisfacere potuisset, si etiam adie- cisset palliatorum turbam: qui personatos simulã- tes philosophos, tum mulieres, tum ipsos Princi- pes ad defectionem solicitarunt. Necq; id dico, vt aliquid confutem prius dictum a Caesare: ve- rum qđ ab ipso desyderem manifestius exprimi, quae rerum prodendarum materia esset. Non inficias eo P.C. mulieres ἀνθροπίσκους (vt iã se- mel in oratione greco vtar vocabulo) nonnullos suis inlecebris vincere potuisse. Perfacile id qui dem, et citra prodigium existimabitur: vbi quiscq; tergum aselli subprimentem viderit picam Prin- cipes vero aut natura boni sunt, aut mali. Qui e- quidem boni sunt: adeo student reipub. commo do, vt nullum aperte scelestum nec penes eos, nec in populo sinãt. Qui vero mali et si clemen tia, ac liberalitate populariũ animos placare pos sint, tandem plureis reperient inimicos, q̃ aemu los. Quãdoquidem nulla est impietas, quae sem per populo iucunda sit: qum homines hac quidẽ natura sunt quo nihil non discrepãt a caeteris ani mantibus, vt non diuturnum sinunt, quod inho

Philosophi caussa defe ctionis.

Ex argumẽ tatione cõ- futatio.

D nestum,

nestū, proculq; a ratione videat. Ipsaq; natura, visq; humani ingenij eiusmodi odio vitiū habet: vt si plebes cōtemptiles sunt, flagitiosorū tamē imperia Principum iniquis animis patiuntur, ac plerūq; eorum tedio adfecti, bonam, ac laudabilem libertatem postulent. Sed quid statuendū existimabitis P.C. qui ex ornatissima familia, & prope ex visceribus Sophiæ, quibus præter eximiam opulentiam, omnia quantūuis abdita communicauerat: huic iam infestissimi hosteis, præsidio, castrisq; spoliatam Eloquentiam eius filiam, persequi nō cessant? Hi philosophi sunt Patres, huius aetatis apud mortaleis: qui licet aut præclaris opibus, aut latissimis prædijs, aut spectabili aliquo magistratu a Sophia donati, nunc tamen defectionem parant. Sed quandoq; metuentes, ne intercepti ab Eloquentiæ speculatoribus meritas pœnas darent, paulisper dissimulātes, Sophiā pro contione laudant: ineptius tamen q; debeant, adrogantiusq;, q; vt ipsa pati posset. Nimirum Eloquentiæ detrahentes, primum quidem clanculum, & apud inertissimū vulgus: mox suadēt Principibus, vt Eloquentiam quę Sophiam matrem, sua difficultate, inclementiaq; inmanem, intractabilemq; reddidisset, suis finibus pellerēt. Hoc faciebant pessumi paricidæ: rati Desidiam celerrime

Vltimū regnū ē paratum scelere.

Cōfirmatio

potituram

potituram castris Sophiæ, amissa Eloquētia, fir missimo eius munimento. Quandoquidem Sophiam neq; ornatam, neq; elegantem nemo non negligit. Isti perduelliones merito a me adcusant? Patres nō, quod quauis alia, q̃ reip. gracia odio eos habeam, vel quod nimis faueam nobilitati, vel qd' in mei ordinis dedecus, mulieribus plus æquo tribuam: sed, qd' genus mortalium ad tam nefarium, tamq; inauspicatum bellum a Philosophis solum incēdi, solicitari, apud vos fortissimis rationibus comprobarem. Quis eorum in Desidiæ exercitu nō Centurio erat primi pili, aut ordinarius, aut antesignanus? li obsessam Eloquentiam conuicijs lacescere, vineas agere, aggerem iacere, ariete muros quatere. Deniq; quid perniciosum Eloquentiæ, seu gratum Desidiæ quod ipsi non prestabant? Hæc sunt indicia Patres C. apertiora q̃ vt latere, probabiliora q̃ vt refelli, significātiora q̃ vt vllo modo negari possunt hoc ingratissinum hoīm genus acrius, vehementiusq; restitisse Sophiæ, Eloquentiæq; partibus, q̃ aut nobilitatis licentia, aut mulieribris libido, aut senilis inconstantia, aut si quid ali ud Desidiæ vel natura, fœdereve coniunctissimum esset. Sed iam de vlciscendis iniurijs, deq; modo Sophiæ, & Eloquentiæ recuperandi

Cōtinuatio

Cōfirmatio cum adprobatione.

Confutatio p Epilogū.

Sententia Ciceronis de vlcione.

imperiũ, maxumũ dictu existimo operæpreciũ. Nemo inficiabit P.C. de ijs perfugis, q̃ de fugitiuis grauiꝰ cõsuli oportere. Nec quisq̃ eorũ perfidiã exaudire possit, nõ illico meditaturus, vel vbi meditationi nõ modꝰ, nec tẽpꝰ adcesserit, imprecaturꝰ ineffabiliora tormẽta, q̃ a viuẽte Phalaride excogitarẽt. At per vestrã fidẽ, tã inexpiabili sceleri quis animaduersionẽ dignã æstimabit, praeter q̃ ꝑpetuũ dedecꝰ ex nostra ꝓscriptione, tũ publico decreto, vbiq̃ repertorũ promiscuã cedẽ: Tã tũ inpuberibus parcẽdũ quibꝰ meliorẽ parẽtibꝰ animũ pollicebit optima indoles, quos mox maturos, ad militiam aduersus Desidiã cogi, inq̃ Sophiæ, Eloquẽtiæq̃ verba iuratos, cẽturiari: alioqui cæsos, notatosq̃ ꝑpetua ignominia in Lethẽ proijciẽdos, vorãdosq̃. Quod licet scelerũ magnitudini ex aequo nõ respõdeat q̃ iã habeã hac mea sentẽtia nihil grauiꝰ, aut cõueniẽtius, facturus ne sim orationẽ magis longã, q̃ vtilẽ: vlterius hãc

Preparatio.

meã volũtatẽ capescite Patres. Curẽtur apud vos de creãdo Imperatore comitia, scribaturq̃ exercitus quãtũ, qualẽq̃ huiusci belli necessitas postulabit. Habeãtur oĩa tam expedita, vt ad primã buccinã presto sient, Milites trãsuecti Acherõtẽ, inexpectatum in hosteis impetum ferant. Fusis, fugatisq̃ hostibus, obseruare q̃ oculatissime, ne ꝓfu

garum

garum quisq; aut fugiēdo euadat, aut opertus la
teat. Sic victū, captumq; id genus hostiū: & des=
perandi occasionē Desidiæ preberet, reliquumq;
exercitū ad saniorem mentē reuocaret. Hæc mea
sententia est P.C. quam si probaueritis: tandem,
vos æqui, boniq; consuluisse, non pigebit.
Hæc oratio ingēti plausu recipiebat̃, nō tamē, vt
ceteræ vanæ essent: quippe nulli ꝑsuasum satis,
an muliebris insolētia, an licētia Principū, an inani
ū philosophorū ambit⁹ iusto in crimine haberet̃.
Fuerūt, qui nōnullos legū cōmētatores etiam re
os insimularēt: adserētes eiusmodi fecis nō paruā
manū esse. Inter horū adcusatores Serui⁹ Sulpiti⁹
cū in Senatu, tū in subselliis Princeps: qui nec M.
Tullio in forēsi palma multū cedebat. Is iniuria
rū minime patiēs, ad hāc caussam tā irato animo
descēderat, vt in acerbissima orōe vix a cōuiciis
abfuit. Ac ne in obscuro sit tanti hois fama, eius
orationem suis pene verbis habetote.

Seruij Sulpicij Cōcio asperrima in Iuriscōsultos.

NOn audaciā in me vllam existi
mabitis P.C. si post M. Cice
ronē, et C. Cæsarem tum pro
contionibus exercitatissimos,
tum longo æuo peritissimos,

quid q̃ dixero prẹter eorũ oppinionẽ. Nã adeo me vrget in cõem parẽtẽ pietas; in literas amor, memoriaq; nostræ reip. vt tacentẽ me, nõ solũ inofficiosum, verũ ingratissimũ ciuẽ a vobis P.C putari existimẽ, Quod etsi mihi animũ auxerit, ac prope coegerit ad dicendũ: rei tamẽ gestæ tur pitudo (quid obsecro fœdi⁹ q̃ violare Duces, q̃ parẽtes, q̃ numina?) me ab oratione ꝓpemodũ deterret, ob id, ne obturbaret reliquã vestrã cõcio nẽ, si nimis suspensa fuerit oratio. Crimẽ, noxasq; breui, succinctaq; narratione rẽ omnẽ habetote. Iu ra tum in nostra ciuitate, tum apud exteros lon ge præcessisse cæteras disciplinas, nemo ambigit: quæ, a Sophia reperta, mox a maxumis Tyrannis primum colebantur, Nam, vt quisq; propagandi imperij cupidissimus erat, ita q̃ maxume tyranni dem legibus moderabatur. Sic effrenatam vulgi licentiam tum mulcta, tum pœnis, tum supplicio coartabat. Equidem sciebant Principes nec forti tudinem, nec liberalitatem multum prodesse: ni le gibus datis, adceptisq; plebes cohercerẽtur. Tunc enim nec a sciticuloso, vel mediocri fortunæ viro ‘vt nunc, nec a iurgiuendulo, conducto aliunde causidico ‘vt olim, sed a maxumis regibus, sella posita, dicebãtur leges. Non vsq;quaq; obscuro, aut neglecto orationis filo; sed ea quidẽ cõpositi

Iuris antiquitas.

Reges iura dicebant.

one

one, rotunditateq; verborũ: vt difficillime scires,
an regia maiestas, an reuerentia legum, an iuris in
telligẽtia ignauissimæ plebi perspicuior esset. Ita
feroces animos sensim persuaderi: deinde ad mi-
tiora cogi operepræciũ existimabatur. At per
deum immortalem, barbara sentina huius ætatis Reprehẽsio
Leguleiorum nihil seuerum, aut graue in legibus nis exordiũ.
æstimant, quod Eloquentiam oleat: nihil sanctũ,
aut religiosum, quod sordes non possideat. Tam
absona, tamq; crassa eorum opinatio est: aiunt tã
belli homines, quod ad publicam vtilitatem reli
gionemve pertinet, id vulgatissimo, pedestriq; ser
mone scribi oportere qd' ipsi curant scilicet, vt
oĩa fiãt notissima. Qui fastũ persicũ longe supe
rãtes coccineo talari, penulaq; nitẽtes duplici, loti,
ac belle calamistrati, clariq; latas eũt p vrbes, ro-
straq; obsidẽt. Ii nihil in ornatu relinquẽtes fœdũ,
aut indecorũ gestu, aut in vultu asperũ, dñam re
rũ, eloquẽdi vim qua ipsi solũ animalib9 prestãt,
q̃ꝫ puerse negligũt: vt spernũt: vt calũpniãt: pin
de acsi ipsi caussas elegãter agerẽt, ius veluti lue
cõtaminatũ haberẽt. Ad tã suauẽ insaniã nõ ridebi
tis Iudices? Quid aio? insanos eos, quib9 reliquũ
mortale gen9 insanire videt? Nugæ, nugæ inqui
ũt, oẽis præterq̃ꝫ leges, disciplinæ. In his enĩ quid
quid fuerit, seriũ, decorũ, iustũ, et vtile: alias oẽis
leueis

leueis, exangueis, inuenustasque pensiculantur. Ego profecto P. C. improbum nimis existimo, aut iura cōtempnere, aut minoris eas quam caeteras doctrinas facere: praesertim mihi, quē aliquādiu nouistis in amplissimo foro non infimum locū habere. Alioqui mallem nouitiorū flagitia ingenue profiteri, quam turpiter dissimulare. Obtestor vos Patres, quam astute suam ignorātiam occultum eūt, dum alij vtilissimas leges a nobis romanis multo sudore perpolitas, frigidissimis glossulis cōfodiūt: alij ius publicū tam peruerse mutulant, rabidisque placitis (vt vocant) dilaniant, vt quae cognitu facillima viderentur quo ab illicitis moueret plebs, Platonis enigmate nodatiora plaerumque efficiuntur. Quippe nudi, agresteisque videri cupientes: efficiuntur obscuri flaccidi, et ad omne disceptādi genus ineptissimi. Nonnihil enī gloriolae suis capitibus tribuunt, quod inaudita a Siluani tempore vocabula suis tum placitis, tum plebiscitis inmiscuerint, vt quid ipsa sciuerit plebs maxume ignoraret. Nec id quidē insulse, neque imprudenter faciunt: nempe metuunt si legum disciplina dignitatem sermonis haberet, genuinamque elegātiā, ne inde populareis aureis veluti inlecebreis, caperentur. Sic doctior maior pars populi, quid faciēdū, quidve fugiēdū esset: eorū lucra, ne dicam lucella eriperet.

Obsoletarū vocū caussa

eriperet: neue nobiliora ingenia tam celebrem disciplinam nacti, maiore facundia, tum messem auream, tum ab ipsis spem omnem auerteret. Postremum ne Principes huius aetatis (si leges habuissent luculentas, orationisque dignitate compositas, non mediocriter indulgerent reip. ac dum minus inopi plebi consuleretur: hi pessimi veteratores sese operientes, ad sarculam, vel saltem ad restim cogerentur. Habetis occasionem (P.C. quam personati iureconsulti (pene dixeram forensia poccora) turpiter nacti, odium in Eloquentiam insimulatum habeant; non, quod aliquid cupiant explicatius, vt ipsi adserere nituntur. Quandoquidem profitentur suas nugas (quos colores vocant, eiusmodi esse; vt nullo modo a misera plebe intelligantur. Alioqui (proh deum atque hominum fidem, quid hominibus aeque possit conducere seu legem velis, seu aliam quamuis disciplinam, ac Eloquentia: modo succum habeat atque acumen? Relinquit certe vis dicendi (quae in ipsa est, adstantium animis vestigia solidiora: quam si absque ornatu diceret. Et quis tam stupidus est, tamque nullius delectamenti, voluptatisque expers, qui vel blesum aliquem confabulatorem malit, quam disertum? aut hirtam squalidamque togam, quam gemmatam, ac purpuram potiorem habeat? An quisquam doctior, quod balbior? aut cantatior quod ἀμουσικώτερος sit? Laus Eloquentiae.

E Nisi.

Nisi forte Circe venefica magis Grillo in porcū verso delectabatur: q̃ in caeteris Vlyssis comitib⁹, quos vel in lepores, vel pantheras transformauerat.

Venatores eloquentiores Iuriscōs.

Et tamen nõnulli sunt, qui latratum, aut strepitum canum: Timothei modulis admodū praeferunt. Nimirum ij puritatem, munditiamq; sermonis in re venatoria nõ adeo contemnunt, quin finito certamine, vt quisq; gloriolae sit cupientior, ad describendum negocium aptissimis ad id cõpertis vocabulis compositissime incedit: nil tantopere innixus, q̃ vt apud cõmilitones orationis pondere de se fidē faciat.

Atrox Sulpitij sententia.

Quid tunc existimandum est Patres, de his hostibus Eloquētiae, qui neq; in curia, nec in subsellijs eā citra calumniam patiuntur? Ego profecto eos perduellionis censeo esse reos. Bona oia ad hastam venire. Villas, ac praedia meliorib⁹ dari. In ipsos nota censoria. Deīde his subplicijs vindicari, quae apud poenarum artifices habētur exquisitissima. Haec mea sententia est P. C. quae, si aliorum iudicio, modesta nimis existimetur, alium vestrum maiora concionantem, gratulabundus, citraq; aemulationem libenter exosculor. Haec oratio Sulpitij etsi cõcitata ac vehemens: plurimum tamen sanguinis habere putabat. Nempe homo insigniter grauis, ad Sophiae libertatē vindices animos incitauerat.

Ad

Ad hoc suffragatur Senatus, multas cõmuniũ pa
renũ iniurias, pro flagitio haberi. Tum optumus
quisq; adsurgere, optare arma, minitari, infremere:
acsi Timothe⁹ doricũ psonasset. Iubet interim Se
natus cõciũ vocari curiatĩ: nemo in his căpis q̃
tenuis humili aut fama, aut merito, qui nõ ad terci
am buccinã presto esset. M. Messala, et Isocrates
qui multũ ˈvt scitis, ob ætatis reuerẽtiã apud po
pulũ possunt: ii ˈex patrũ auctoritate, plebẽ in hæc
verba rogarũt. Qui nobilissimas fœminas Sophiã,
& Eloquẽtiã, alterã dei opt. max. filiã, alterã nep
tẽ, vtrãq; cõem nostrũ oĩum parentẽ: ãbitu, insi
diis, rapina. viq; lacesserũt: de his potissimũ fie
ri quid velitis Elisii? Primũ ad hãc ꝓmulgationẽ
plebs cõticuit stupida. Quippe ei⁹ maxuma pars
Eloquẽtiæ cõcioni haud ĩterfuerat: nihilomin⁹ in
lachrimas fusi, fractiq;, ĩualido spũ pollicẽt, id eos
velle, iubere q;, qđ ab adsedẽte Senatu cẽseret. ˈCo
actis patrib⁹, nõ multũ post de redẽptiõe, deq;
redhibitione agitur. Tandẽ huiuscemodi leges e
senatuscõsulto ferme in hãc sententiã ferebantur.
Desidiæ, Ignauiæve partibus aut nutu fauens,
aut obsequio: Diuorum hominũq; hostis esto.
Tantũ trium mensium inducias ˈquisquis volet,
habeto: ne plureis sunto. Quoi ingenio consulũt,
opereue facessunt, quod in dei filiã nepotemve

Placidissimi Oratores.

Rogatio ad populum.

Decreta Elysiorum.

 vortat

vortat male: quod contra ius, fasq; egerint, igno minia notantor, publice iudicantor. Istocce iudicium habento, idq; sacrum esto. Si Patricius, equestrisve siet, si e nobilitate vtrunq; magnus siet, improperij has poenas luito. Nusq; cíueis, aut populus, aut commilitones huic pareto diutius, q; donatiuo, congiariove sumpto. Tum susq; deq; agunto, quid faxit, quidve prohibescit. Nimirũ aes, poeculũ, bonã existimationem qui dep serit, rapseritq; illi extra piaculum esto.

In Nobiles

In mulieres

Mulieres spadonibus, edẽtulisq; tantum imperãto, alias cedunto. Quae in publica fide manserint, aut postliminio redierint, viris pene aequaleis sunto: alias contumelia, rixa, cordolio, zelotypia, lege plagiaria poenas danto. Philosophi fugitiui prensi: vulpeculae peni publicitus vapulanto. Luminibus priuantor. Sese mutuis pugionibus confodiunto. Inter vulnera tandem delirio mortem obeunto. A fama, a memoria longe sunto.

In Philosophos.

In Iuriscon sultos.

Leguleijs et idem subpliciũ esto. Tum nec minima eorum pars putridum vsq; senium, frugem, lucrumve capsũto. Veterno interdum pereunto. Inuidiosi nobilibus, infestumq; volgus habento. Extra eorũ nundinas, quocũq; negocio, ociove inepte, ridiculeq; fruisci existimantor. Horunce, calculus, tabes, letargus, solicitudo: ilia, cutem, cerebrum,

rebrum, praecordia, tormine, macie, veterno, angoreque crucianto. Voluptatem, scientiamque aeque ignoranto. Amicos omneis citra precium spernunto, nullosque diutius, quam lis pendeat, repereunto. Si post terciũ mensem non resipuerint, & casu, seu aegrimonia occiderint, eorũ manes Cerbero, Haecaticque pabulo, epulisque sunto. Aes, subpellectilẽ, voraces arcas ingrati heredes, voluptuarii, nepotes, aleatores rapiũto, eaque vorãto. Eiusmodi et Senatusconsultũ, & Plebisscitũ perpetuũ esto. Legibus datis, adceptisque laetissimis incolarũ animis, vix ingens plausus foelices agros compleuerat: quum Pitho patricio genere, rarae fortitudinis mulier, medias cohortes irupit Haec vero Eloquẽtiae propiqua, praefectaque pretorii, quae paulo antea a Contẽptu Desidiae legato, victa, profligataque Eloquentiam in exiliũ sequi cogebatur: editiorem locum conscensa, iurgantique populo taciturnitatẽ imperans. adsistite ad arma inquit, conmilitones. Quid malũ, vaecordia, aut potius ingratitudo istac est: vt nobilissimas parentes hactenus miseras relinquatis? An qd' hosteis habeatis formidolosos, quib⁹ nec ingenii probitas inest, nec morũ disciplina? Absit vt quidque virtutis habeant, quo minus primo certamine victoriã, imo eos õneis vinctos, caesosque videatis. Fortassis res

Pitho Dea Suada.

Pith. cõcio ad milites.

 moeticulosior

meticulosior est: qd' aduersus Regnū, Satraparūq;
superbissimas tamen acies instruēda nō absq; pe
riculo sit, Sed vos liberabo a metu 'cōmilitones:
nā hi postremū exercitū occupāt, et cū eis pug
nabit ratio, a qua oīs nobilitas originem habuit.
Pertinatia velitib' p̄eest coactis ex Sophistarū
conlegio: ij fortassis 'qd' eminus pugnēt, terriculū
magis, q̄ detrimētū esse possūt. Cōsuetudo Cē
turio primipili cū graui armatura 'qd' pene iam
senio putrid' sit, armorūq; inualidus. nobis fortissi
mis, integerrimisq; viris risum potius, q̄ timorē
adferet. Sed iā meā sentētiā de belli ordine habe
atis. Tollerātia Sophiae necessaria, et Modestia
eius germana, aduersam frontem cum virtutum
copijs exturbabunt. Ego cum pretorijs cohorti
bus comitabor Eloquentiam. Nec inficias ibitis
'cōmilitones, nos ijs animis, eoq; cōsilij, hoc quid
quid negocij est cōposituros: vt Sophiam, eiusq;
filiā nonmodo victores, verū etiam orbis terra-
rū Principes pristino splēdore, fortunaq; respici
etis. 'Hoc dicto, signū personari iussit, innuensq;
plebi, vt quisq; armatus cōsequeret: densato ag-
mine incedit 'Completis nauib', quas Mercurij
opera ornatissimas habebāt, trāsacto Acherōte In-
dolē fluuiū amoenissimū nauigāt. Profluit Indoles
ex infantia, Colle admodū paruo, neq; longius
ab eo,

Pertinacia praefectrix velitum.

Indoles fluuius.

ab ea, mille nonagita duobus passibus, in virtu tē oceanū influit. Classis procul visa, cū maxume gaudio a captiuis, qui circa fusiores ripas se derāt, expectabat: tādē expedito remorū motu, apud Reminiscētiā insulā Sophię, adplicuit. Desidia per speculatores de Eloquētiae aduentu certior facta: mittit Negligētiā, vt fossā trāsuersā inter utrūq; exercitū duceret: ne Pitho quam post Eloquētiā maxume metuebat, inopinatis incursibus iam mollē, libidinibusq; fatigatū militē premeret. Mittit cū Negligentia exercitū Iuuenū, robore corporis, leuitateq; animi maxume insignē: qui aut venationib⁹, aut saltationibus, aut cōcubitu praestarēt. Viso exercitu ab Eloquētiae ātecursorib⁹, mox signū pugnae ꝓpositū. Pitho cū parua manu exiliēs, dēsatis agminib⁹ cu Negligētia pugnabat. Eā tādē exercitu fugiētē, a tergo persequebat. Missae ab Eloquētia subsidiariae cohortes, cōsternationē auxerāt. Sed Negligētia sibi cōsulēs, abiectis armis, subplex ꝑ castra Eloquētiā querebat. Reptae ī Praetorio genua cōplexa, sibi salutē, militibus veniā precabat. Pitho qd' robur erat in cornibus fuderat, multosq; captiuos in castra abduxerat. Lachrimis tñ ac poenitētia militū mota, suadet Eloquentiae, vt obtruncatis Negligentiae pedib⁹ (sic enī nec limitē sibi permissā excederet:

Negligentia Dux.

Negligentię deditio.

nec

nec fidens celeritati pugnam restauraret) in reli-
quis mansuetudinem experiretur. Erat Sophiae
Ocium. non procul a Castris Predium Indole animi inri
Praedium. guum: in quo palestra erat & xistus, in medio
leporariũ, & hortus, loca amenissima, in quibus
Sophia potita imperio, se plerũq; exercebat. Lo
cus Ociũ adpellabatur, in aprico situs. Pars quę
supra meridiẽ proxume indolem vergit, nõ supra
duarum horarum ambitum habet, solum pingue
fontibusq; frequens. Reliquum inmenso itine re
Negligẽtiae patebat, vbi terra horribili facie solam sterilitatẽ
exilium. nutrit. Huc deportari Negligentiã, Pitho nõ ab
nuẽte Eloquẽtia, censet terminos adsignari Lethẽ
fluuiũ memoratissimũ & Aphrosinẽ, rupem in
inmensum chaos praecipitem, ex obliquo confra
gosis collibus septũ. Hoc Negligentiae subpli-
cium, gratũ ciuibus, transfugis, captisq; aequũ vi
debatur. Post haec Eloquẽtia Castra versus De
sidiam mouet, Ipsa pugnae fortunam edocta, quae
paulo antea furorem simulabat, iã de fuga secreto
Pertinaciae meditabať. Vocatisq; ad se, Cõsuetudine, ac Per
exercitus. tinacia, ijs grauis armaturae maxumã partẽ quae
ex Philosophis, & Leguleijs cõficiebať, in subple
mentum tradidit: monens, vt infestis signis eodẽ
in loco cum hostibus pugnent, haberẽtq; in ani
mo, se pulcherrimã libertatẽ amissuros, si victis
captiuisq

captiuisq cederent. Ipsa *parua manu, ad ignauiæ castrum adcelerat: rata, nobilius se mœnibus cingere, quam militum iactura munimentum quęrere. Diu cum Consuetudine, æquis manibus pugnatum. Pertinacia *adcersitis aliquot Veteranorum auxilijs, (quæstionistæ vulgo adpellabantur) duplicatis copijs, confligere cum Eloquentia festinabat. Tum Pitho * Rationis, eius sororis, subsidio, quæ antesignanis iam diu fortissime imperauerat, ex Consuetudinis exercitu, magnam manum elisisset, fudissetq: ni Pertinaciæ impetu, turbatus eques, cum vtraq duce, ad Eloquentiam *quæ non procul stationum habuit, se recipere cogeretur. Eloquentia *coactis copijs, haud multum auxilium distulit: metuens tamen ne *si producto exercitu, palam congrederetur, hosteis fuga victoriam eriperent: nouum molitus stratagema, captiuis, perfugisq, vtrumq latus prætexuit. Adorsus insperato agmine Pertinaciam, longo proculdubio certamine contraxit pugnam. Innumeri pene mortaleis in ea aut desyderati, aut capti. Tandem indignata Eloquentia, rem tamdiu in ambiguo esse: obliquato cornu *in quo Pitho, ac Ratio cum Adfectuum copijs erant, alterum tenens semotius *quod ex virtutibus erat, vt desidiæ triarijs, qui *Ignauia duce, militabant, obsisteret: Pertinaciæ vires maximo

Ratio Pithonis soror.

Adfectuum copiæ.

 impetu

Cõsuetudo capta.

impetu protrusit. Post tãtam stragem, Consuetu dinem captã, subplicantemq; tandem increpatã, in eius verba constrinxit. Erat enim Cõsuetudo, ante coniurationẽ, inter Sophiæ milites, nõ igno bilis Centurio, procq; custode corporis habita: mox Negligẽtiæ suasu, paulisper inmutata, se De sidiæ obsequio obligauerat. Fuit quidem natura præcipiti, & ad vulgi arbitriũ multum versatili. Ob id in eloquentiã exulãtem vt nuper audistis, acerbissima erat. Sed iam præstito vadimonio, iu recq; iurando promiserat: se integrũ, infractũq; ani mũ Sophiæ, Eloquentiæq; seruaturã in posterũ. Adhuc Pertinatia aduersus Rationem acriter pu gnãte, ferme anceps bellũ erat: mox aduentu Elo quentiæ prospere omnia cedere. Nam ipsa subce dentibus sibi peditibus, qui ex Britannorum, Ger manorũq; fortissimis erãt, magnã aduersarij ma

Pertinaciæ fuga.

num tam repẽtino impetu sparserat: vt Pertinacia destituta militibus, fugere cogeret: tam procul a

Solicitudo.

spe, vt inuia Solicitudinis penetrãs, Desparatiõis pa

Desperatio

ludes pro munimento haberet. Eloquẽtia parti ꝓfligatis, partĩ reductis his, qui ab ea, suaq; matre ꝓfugissent, signũ dedit receptui. Nã et nox solis operculum, prope erat, & Sophia quã tãtopere mortaleis cupiebant, non hactenus comparebat: q̃uis, vltra mediam noctem, perscrutãdis latebris

incumbebat

incũbebat exercitus. Pars Sillogismorũ ãgustias, alij salebrosos Leguleiorũ spoecus 'quib⁹ præsuit Opinio, Pertinaciæ soror, frequẽtib⁹ lychnis per scrutãtes: nihil præter ridiculas opes reperiebãt: Questionũ sarcinulas 'quas ægre sustinebãt stri gosi admodum asini, tum Conclusionũ, Authori tatũq; archulas. Quibus 'ardore militum, frustra discerptis. existimabant se manna reperisse: tam niueum candorem, leuissimumq; pondus ostede rãt. Sed ab Eloquentia, Ratioeq; examinatæ' De um immortalem, q̃ subita vanitate disparuerunt: Placet Eloquẽtiæ, quæstione inter captiuos de Sophia matre 'adcersitis tortorib⁹, haberi. Ex his Opinionem 'quod tam obstinato animo milites a soluendis sarcinulis pellerat 'minutim concisis artubus, iubet canibus, qui prope sarcinulas pot⁹ latratu, q̃ morsu tuebãt, in pastũ dari. Cæteros magis clementia Principis, q̃ atrox subplicium ad indiciũ cogit. Nõ procul a cãpo, vbi cũ Perti nacia pugnabat, Angiportus ob immẽsum chaos inscrutabilis, nec nisi cuniculis puia, a captiuis tã dẽ pdita cõspiciebat. Argutia adpellat loc⁹ ab ĩco lis, dumetis, vepribusq; asper: cui præfuit Vafrici es cõsobrina Pertinaciæ. Hæc aliquãdiu incredi bili ĩgenio, ppeq; sola reluctabat deditioni. Victa tandẽ operculũ sustulit: impetrataq; ab Eloquẽtia

Opinio Pertinacia soror.

Opes Desidiæ.

Opinionis subpliciũ.

Argutia.

 salute,

salute, adcēsis facibus, totu exercitū in antrū re
cœpit. Tū ratio quæ cū antesignanis primos ītro
itus occupat, Sophiā in angulo, misero squalore
obsitā cōspicata: luctu, eiulatuq;, oīa cōplet. Hic
inter milites strepit⁹, lachrimæ, deploratio. Dein
de soluta vinculis, ineffabibili plausu a maximis
Ducib⁹ Eloquētia, Rationeq; cōplicatis manib⁹,
in lucē vehitur. Magna exercit⁹ pars qui pro ve
stibulo erāt, hāc, Sophiā nō esse, adserere niteban
tur: q sanctissimā quam præ se ferre solebat, se
ueritatē, nimia indignatione, in asperitatem horri
bilē versam habebat. Tū macie squalebat vndiq;
corpus, longoq; carcere cariosa purpura, nudos
artus reliquerat: aperto capite, ac pene glabro (nā
ingruente pugna, Desidia capillos Sophiæ, ca-
nis venerabileis subripuerat, vt sibi ornamento es
sent) in publicū processit. Demum Eloquentiæ
indicio cognita, gratissima omnibus, miserabile
tamen spectaculū erat: vnicam Dei opt: max. fi
liam, scitu, putreq; maceratā, infirmis poplitib⁹
ex diuturno cruciamine, pro mediis cohortibus
stare, inualido pectore, salutare amicos, subcessi-
bus bene precari: sed nutu oīa faciebat. Quippe
a Desidia susceptum vulnus, plurimū vultus oc-
cupabat, vnde vox multo impeditior, sermoq; a-
liquanto agrestior, q̄ ante pugnam: quodq; in-
suetudine

suetudine splẽdorẽ amisisset. Eloquẽtia iubẽte ma tre, adcersit impedimẽta, ac nõ procul ab Ignauiæ castro, in planicie quæ ab incolis Terpsis græco noĩe adpellatur, statiuũ parat. Porro Desidiã licet paucissimis adulescẽtulis comitatã, qui muliebreis turmas, spadonũ more sequebant̃, excidiũ poti⁹, q̃ optumis cõditionib⁹ deditionẽ pati: vtriq; duci ꝑ suasũ erat. Sophia Eloquẽtiæ cura, pristinæ digni tati restituta, pretextata, trabeataq;, sedẽs ãte fores prætorij, milites per præconẽ adcersit: hortat̃ vt macti virtute, hosti interitũ, sibi ꝑpetuã trãquilli tatẽ adcelerẽt, Castra vallo, fossaq; circũirẽt. Quisq; ad hũc laborẽ, prõptissimas man⁹ habebat, subi toq; op⁹ in immẽsũ creuit. Absoluto opere, Elo quẽtia ꝓ vallo Criminatiões tormẽti gen⁹ vehemẽ tissimũ, cõlocat: in statiõibus equites disponit. Ambo Duces paludatæ, ad circũscribẽda aduersa mœnia ꝓcedũt. Erat mur⁹ nullã materiã preter bi tumẽ habẽs: ea nimirũ crassitudine, vt tormẽtorũ impet⁹ retũdere videret̃. Castrũ a septẽtrione, pa ludibus septũ, penĩsula erat: a meridie, tenui vado iuxta puiũ, nisi qđ ꝓpe mœnia, calcantũ vestigia bituminoso glutino retinebãtur. Ex ea parte facto aggere, fræta vtrĩq; virib⁹, et mater, et filia simul et murũ quatere, et ad deditionẽ Municipes coge re nitebant̃. At loci iniquitas, tũ propugnãtiũ ob

Castrum Ignauiæ.

Sophia voci restituta.

Criminationes.

stinatissim⁹ anim⁹, tā aegregijs conatibus acerrie resistebat: spēq repugnātiū auxerat Pertiatia, que cū auxiliarib⁹ copijs 'quas e personatis Theologis 'pollicito pīgui sacerdocio, cōduxerat, tetra nocte adplicuit. Virorū id gen⁹ erat, quibus ingeniū prauū erat, & sordidū: tū maxime praeclarū nobilissimos animos obtūdere gerris sophisticis; existimātes nullā disciplinā esse extra eorū caninā loquētiā: versutiā, acumē rati: vēdicātesq sibi diuinitatē 'nescio quā, reliquū mortaliū spernūt. Sēper studētes adulationi (nā assentatio multo honestior est, q̄ qua digni existimēt) Pricipes ābitu circūueniūt, vnde vel magistratus fabulā agāt, vel saltē aes opulentū, suarū turpitudinū alimētū cōflent. Sed plerūq tā cordati philosophi 'matura aetate, prae posterā scaenā agūt. Porro apud maiores mos in theatris erat, vt qui prima iuuētute, histrionicam, aut pantomimū exercebat: iam vetul⁹, aut toruū senē, aut heroem, Diuūve quēpiā fingeret. At hi bellissimi hoies 'si dijs placet, in ipsa pene puericia, īdoctis fucatā sapiētiā ppe ad miraculū pīgere: modestiā, tacitnitatēq iuxta veneratiōe habere: superstitionē muliebriter colere: secūdā, aduersāq fortunā dissimulare: mox 'vt iuuētae limites excesserit, Ignorātia, Libido, Furor, Importuna loquacitas, Auaricia, Religionis contēpt⁹, & Incōstātia

Nullos hic Theologos taxat, nisi hos, qui sprecta Eloquencia, nec veteres Theologos itellegāt

Eiusmodi personatorū Theologorū conatus, finisq studij.

crescētes

crescētes ānos aequant. Hos fortissimos gladiato res Desidia ‹remotis ceteris, suo magno malo moe nib⁹ praefecit. Iuuētutis reliquiae ‹qui vī certaminis sustinuerāt, īdignati vaetulos, suostri ūphos eri pere; eosq3 ipsos torpere, liquescere, īualidis artubus innoxia torquere spicula, pessum oīa dare: ligatis lintheaminibus, viritī quisq3 demissus, Sophiae praetoriū petūt. Ab Eloquētia suscepti, laudatiq3 pro cōcione, in amicorū albo conscribunt. Indicant deditioni, aut excidio proximū esse: q͞d extra personatos Theologos ‹quibus misera nūc Desidia pro milite vtitur, vires omneis occiderit. Laeto omine nunciū adceprūt: Centuriones ‹signo dato, celeriter ad municionem perueniūt. Sed locus palustris tantae multitudinis, impedimentorūq3 ponderis impatiens erat (absorbuerat enī ‹subito tremore, magnā aggeris partem) Tū incipiente hyeme magna aestus ex alto incitabat: vt neq3 pedibus ad muros aditum haberēt. Lethes ‹fluuij senis admodum, vadus hoc anni tempore effluit paludes: quae tamen nec onerarias naues, neq3 grauē armaturā: nisi iactura militū recipit. Vbi ‹qum prope trigīta dies asperitatē loci, importunitatemq3 temporis, exercitus Eloquentiae tulisset, pleraq3 pars de Ducum crudelitate conquerebant: adserentes obsidionem ijs intollerāti

Defectio militum a Desidia.

Causa relictae obsidionis.

orē, q̄ aduersarijs esse. Metuēs Eloquētia ne fa tigatio, milites ad defectionē, turbasq̄ iciraret: cōsu lens suæ, populiq̄ saluti vocata contione, fortissi mos, ītegerrimosq̄ animos ꝓ more laudabat. Se, suaq̄ oīa eorū pmittēs uolūtati, ad Meditationē Castrū Sophiæ, quæ ex altera parte fluminis e= rat, inter Sciētiæ mōtes abdita, munitaq̄ Silētio: militē duxit. Vbi fessos recreat, vulneratos Sua dæ medulla, castalidisq̄ limphis oīm suauissimis medicaminib⁹, curat. Sanatos, alios ad hybernacula quę proxume paludes erāt, cū Pithone vt palā tē Desidiam, eiusve sororē Ignauiā adorirent, mi sit: alios cū Ratione castrū seruare iubet. Ipsa cū matre obsecratis Cēturionib⁹ vt dent opā in toto exercitu, ne quid resp. detrimēti capiat, in Britāni am nauigāt. Vbi a fœlicissimo Principe, cupidissi mis āplexib⁹ recepte: in magna reuerētia habebāt.

Meditatio.

Sophiæ & Eloquētiæ hibernaculum.

H. octauus Angliæ rex

Tum cecinere metus, clades, & classica belli,
Desidiæq̄ dolos: tenduntq̄ ad sidera palmas
Fœlices animæ. Regis, tremor occupat artus:
Auxilijs, opibusq̄ petit potiantur amicis.
His vbi tum natam Princeps, vnaq̄ parentem
Prosequitur lachrimis: & dextræ iungere dextrā
Adcessit Ioue nata: suo tum Rege receptæ
Concordes animæ, secq̄ alto pectore condunt.

F I N I S.

PAPYRIVS GEMINVS ELEATES Richardo Paceo, Henrici Angliæ, & Franciæ Regis, Christianæ fidei propugnatoris A secretis Primario vtriusq; linguæ doctiss.

S. D.

SCripturus aliquid incredibilis mei erga te amoris, insignis monumēti: nihil profecto excogitare potui vel aptius, vel copulatius: q̄, vt Deorū nūciū, fœlicissimi Principis nūcio mitterem. hoc est Paceo, Mercurium, eloquētissimo, optimum, imo optimo, eloquentissimū. Cumq; hoc Mineruā habebis, ipsam inquā Mineruam a Iouis cerebro natam: quæ te comitem malit, q̄ nubere fabro. Vterq; tabulā occupat (tabulam dico, quod in ea, historia picta videat̄ magis, q̄ acta) Vterq; te hospitem quærit, non vt pēsiles eos in tua bibliotheca blattæ, aut tineæ pabulentur: verumenimuero vt munimentum aduersus æmulorū calumpnias, arcē tuæ rarissimæ facundiæ prebeas. Nec in me adrogantiæ quidq̄ existimes, quod meis exercitamētis Ingenij, Eloquentiæ q; nomenclaturas adposuerim: quandoquidem ipse nouerim hanc nostrā Hermathenam

mathenam alterutri ex diametro, respondere: sed quod, auspicaturus historiã pro nostris Anglbritannis (cur non græcos & in hoc imitarer) volui prius de meis, in hoc negocij, neruis, & musculis (sic oratores volunt) periculũ facere. Vtq; me⁹ conatus stabilior esset, multoq; acrior: inter Mercurium, & Mineruam, hoc est, Eloquentiam, Ingeniumq;, stadium proponebã. Eoq; libentius, vt nemo indoctus, nemo barbarus auderet in re

tam
seria, teme
rariam cẽsuram
agere. Habes nominis
occasionẽ arbitror, non inep-
tam. Tu nosti officium, diligentissi
mum amicum, non modo a-
mare, sed & tuis sermo
nib⁹ ornatũ, ama
biliorem
red-
dere. Vale.
Comi pridie No
nas Septemb. M. D. XXII.

IMPRESSVM IN ALMA CAN-
tabrigia per me Ioannem Siberch. Anno
Domini M.D.XXII.viij.
Decembris.
(.:.)


DIEV ET DROYT
HONY SOVT QVI MAL Y PENSE

PAPYRII GEMINI ELEATIS HERMATHENA, SEV De Eloquentiæ Victoria.

AD LECTOREM

Non mihi Musa parēs, genitor nō dulcis Apollo,
Ruraq; Cecropidum, nec mœnia celsa Quirini,
Barbarus ast rauco resonabo classica cornu
Quodq; tulere nefas diuumq; hoīmq; parentes.

EX PRAECLARA CANTABRIGIA.

CVM GRACIA ET PRIVILEGIO.

FIRST STATE.

PAPYRII GEMINI ELEATIS HERMATHENA, SEV De Eloquentiæ Victoria.

AD LECTOREM

Non mihi Muſa parēs, genitor nō dulcis Apollo,
Ruraqꝫ Cecropidum, nec mœnia celſa Quirini.
Barbarus aſt rauco reſonabo claſſica cornu,
Quodqꝫ tulere neſas diuumqꝫ hoīmqꝫ parentes.

EX PRAECLARA CANTABRIGIA.

CVM GRACIA ET PRIVILEGIO

THIRD STATE

APPENDIX

(FROM MR BRADSHAW'S NOTES)

On the three states of the first sheet.

[In the bibliographical introduction prefixed to Bullock's *Oration* it was mentioned that the *Hermathena* was in the press during the greater part of the year 1522, and that the first sheet was issued in three different states. Mr Bradshaw, who took a special interest in anything that seemed likely to throw light on the habits of those who produced books, made a minute comparison of these three varieties (or proofs), in the hope of learning something as to the process of correcting for the press in 1522. But he only finished his examination of the books in August, 1885; and no conclusions upon the subject were ever written down. Accordingly it seems best to print his two lists of alterations in the form to which he finally reduced them; leaving them to speak for themselves to anyone who may have the ingenuity to interpret their evidence.

The copy in the library of St John's College, which is here reproduced, contains the first sheet in its second state. The differences which mark the other states will in most cases be easily understood by means of the accompanying lists; but in

the case of the title-page the changes are more complicated, and its appearance at each of the three stages can hardly be made intelligible enough by mere description. The series has therefore been made complete by adding facsimiles of the first and third states, the former taken from Mr Bradshaw's own copy, the other from the copy printed on vellum belonging to the Duke of Devonshire. F. J.]

[STATES OF THE FIRST SHEET.]

I. *Alterations appearing in the second proof as compared with the first.*

	First Proof	*Second Proof*
Leaf 1[a]		
Above line 1	(2 lines blank)	(Woodcut piece no. 1, stalk lying left to right; 1 line blank below)
Below line 4	(Type-ornament, with 1 line blank above, and 1 line blank below)	(Woodcut piece no. 2, stalk lying left to right; 1 line blank above, and 2 lines blank below)
End of line 8	cornu	cornu,
Below line 9	(Type-ornament, with 1 line blank above, and 1 line blank below)	(2 lines blank)
Below line 10	(½ line blank)	(No space)
Below line 11	(2 lines blank)	(½ line blank)
Below line 12	(1 line blank)	(2 lines blank)

N.B. The two woodcut pieces in the Second Proof are joined by a single lead-line at either end, so as to form a frame for the actual title (lines 1—4), leaving the 'Ad lectorem' and Imprint (lines 5—12) free below.

Leaf 2[a] catchword	Sophiam	Sophiarr (broken m, not n)
Leaf 2[b] li 7	princeps	Princeps
,, li 11	hīc	Hīc
,, li 16	fastidiētes	fastidiēteis

	First Proof	*Second Proof*
Leaf 3ᵃ li 10	exercitu	exercitu,
„ „	cū	‘cū
„ li 15	aberat	aberat,
„ li 17	quæ	‘quæ
„ li 21	dousue	duosue
Leaf 3ᵇ li 24	erat,	erat.
Leaf 4ᵃ li 20	Negligētiæ	Negligētiæ,

II. *Alterations appearing in the third proof as compared with the second.*

	Second Proof	*Third Proof*
Leaf 1ᵃ		
Below line 4	(Woodcut piece no° 2, stalk lying left to right)	(Woodcut piece no. 2, stalk lying right to left)
Below line 5	(½ line blank)	(No space)
End of line 12	PRIVILEGIO.	PRIVILEGIO
Below line 12	(2 lines blank)	(1 line blank ; below, woodcut piece no. 3, stalk lying right to left)

N.B. The three woodcut pieces in the Third Proof are joined by single lead-lines at either end so as to form a frame for the entire title-page in two compartments; the actual title (lines 1—4) being in the upper, and the Ad lectorem and imprint (lines 5—12) in the lower of the two.

Leaf 2ᵃ li 6	natura.	natura,
„ li 16	ornatum, quod	ornatum ‘quod
Leaf 2ᵃ li 22–25	sarū alūne doctiss. | Lōdini ter|cio Noñ. Februarij. M.D.XXII, | (line 25 blank, and 26 occupied by signature and catchword, their proper line being blank)	sarum Alumne | doctiss. | Londini tercio | Noñ. Februarij. M.D.XXII, | (line 26 blank, with the signature and catchword in their place below)

<table>
<tr><th></th><th>Second Proof</th><th>Third Proof</th></tr>
<tr><td>Leaf 2^{a} catchword</td><td>Sophiaɼ (broken m)</td><td>Sophiam</td></tr>
<tr><td>Leaf 2^{b} li 16–17</td><td>fastidiēteis | ipsam prosequebantur,</td><td>fastidien꞊|teis, ipsam prosequebātur,</td></tr>
<tr><td>„ li 26</td><td>mollicies</td><td>mollicies,</td></tr>
<tr><td>Leaf 3^{a} margin lines 1–3</td><td>(li 1 blank) | Cupido ꝑ | libidiue. |</td><td>Cupido ꝑ | libidine (li 3 blank)</td></tr>
<tr><td>„ li 9</td><td>abducūt,</td><td>abducūt.</td></tr>
<tr><td>„ li 14</td><td>oblatū, sublata</td><td>oblatū ‘sublata</td></tr>
<tr><td>„ li 24 to Leaf 3^{b} li 2</td><td>cogitur, ac ad vniuscuiusqȝ lucrum, vel negotiū fit | obnoxia, vbiqȝ ridicula, nisi ex ipsa questus access꞊|erit, tūc eam magnifacere, extollere, inqȝ precio ha | A iij. bere, || bere : licet tūc ab ea maxīe cōtēptui habebāt^{r}. Cap|ta Sophia, Desidia cū expedita . . .</td><td>cogit^{r}, ac ad vniuscuiusqȝ lucrū, vel negotiū fit ob| noxia, vbiqȝ ridicula, nisi ex ipsa quęstꝰ accesserit,| tūc eā magnifacere, extollere, inqȝ precio habere : | A iij. licet || licet tūc ab ea maxīe contēptui habebātur. Capta | Sophia, Desidia cum expedita . . .</td></tr>
<tr><td>„ li 8</td><td>principū,</td><td>principū.</td></tr>
<tr><td>„ li 9</td><td>Comitiorū,</td><td>Comitiorū.</td></tr>
<tr><td>„ li 11</td><td>opinio,</td><td>opinio :</td></tr>
<tr><td>„ li 12</td><td>solicitabat^{r}</td><td>solicitabat^{r}.</td></tr>
<tr><td>„ li 17</td><td>quifqȝ</td><td>quisqȝ</td></tr>
<tr><td>„ li 22</td><td>ad modū</td><td>admodū</td></tr>
<tr><td>„ li 23</td><td>operā,</td><td>operā.</td></tr>
<tr><td>Leaf 4^{a} li 1</td><td>destiterīt, ipsos hostibꝰ, vt hosteis Reipublicæ tra |</td><td>‘destiterint, ipsos hostibus, vt hosteis Reip. tra |</td></tr>
<tr><td>„ li 3</td><td>ingēs</td><td>ingēs :</td></tr>
<tr><td>„ li 11</td><td>strage</td><td>‘strage</td></tr>
<tr><td>„ li 18</td><td>castris,</td><td>castris :</td></tr>
<tr><td>„ li 20</td><td>costringeret,</td><td>cōstringeret.</td></tr>
<tr><td>„ li 21</td><td>quibꝰ maxīe fidebat</td><td>‘quibꝰ maxīe fidebat,</td></tr>
<tr><td>„ li 23</td><td>monuit, adeo</td><td>monuit adeo</td></tr>
<tr><td>„ marginal agst li 20–22</td><td>Vide Cor. | Ta^{ci}tū de | oratoribus. |</td><td>Vide Cor. | Tacitū de | Oratoribꝰ.</td></tr>
</table>

	Second Proof	*Third Proof*
Leaf 4ᵇ marginal agst li 1–7	(blank)	Ignaui pre|ter cōsue-|tudinē me|liorib⁹ stu|dijs ĩiciari | relligionē | existimāt. |
„ li 1	cohorte,	cohorte :
„ li 3	ipsas	ipsas,
„ li 6	|tiam,	|tiam.
„ li 11–12	excercitu bellum redintegra꞉|uerit, Hęc omnia ficto murmure pepigerūt abnu |	exercitu bellum redintegrauerit, | Hæc omnia ' ficto murmure, pepigerunt abnu꞉|
„ li 14	adpre꞉|	adpræ|
„ li 16	petit.	petit :
„ li 18	tissimā : eam	tissimā. Eam
„ li 19	apparebat,	apparebat :
„ li 20	Eloquētia	Eloquētia,
„ li 22	fratres : tum	fratres. Tum
„ li 24	āchoris præpropere acherontem peteret,	anchoris præpropere acherontē peteret.
„ li 25	profunda nocte	' profunda nocte,